Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Epistola ad Tytum

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

gistros prurientes auribz. Et a ueritate
quidem auditum auertent. ad fabulas
autē ɔuertentur. Tu uō uigila. ī omnib;
labora. opus fac euangeliste. ministe
rium imple. sobri' esto. Ego enī iam
delibor. ⁊ temp' mee resolutionis in
stat. Bonū certamē certaui. cursum
ɔsummaui. fidem seruaui. In reliquo
reposita est m̄ corona iustic̄. quā red
det m̄ dn̄s in illa die iust' iudex. nō
solum autē m̄. s; ⁊ his qui diligunt
aduentū eius. Festina uenire ad me
cito. Demas enī me dereliquit. dili
gens hoc sclm̄. ⁊ abiit tessalonicam
Crescens in galatiam. tytus in dalma
tiam. Lucas est mecū solus. Mar
cum assume ⁊ adduc tecū. est enī m̄
util' in ministio. Tyticum autē misi
ephesum. Penulam quā reliqui troa
de apud carpum. ueniens affer tecum
⁊ libros. maxime autē mebranas. Alex
ander autē erarius. multa mala m̄
ostendit. Reddet ei dn̄s scdm̄ opa eius.
Quē ⁊ tu deuita. Valde enī restitit u
bis nr̄is. In p̄ma mea defensiōe nē
m̄ affuit. s; omnes me dereliquerunt.
Non ill' imputet'. Dn̄s enī m̄ astitit
⁊ ɔfortauit me. ut p me p̄dicatio im
pleatur. ⁊ audiant om̄s gentes. quā
liberatus sum de ore leonis. Liberauit me
dn̄s ab omī ope malo. ⁊ saluū faciet in
regnū suū celeste. cui est gl'a in secla
seculoꝝ. amē. Saluta priscā ⁊ aquilā
⁊ onesifori domū. Erastus remansit
corinthi. trophimū autē reliqui infir
mū mileti. Festina autē hyeme uenire.
Salutant te eubolus ⁊ pudens ⁊ lin'
⁊ claudia ⁊ frs om̄s. Dn̄s ihc xp̄c cum
spū tuo. Gratia uobiscum. Amen.

Explicit ep̄ ad thimo. ij. In
cip. plog' ad epl'am ad
Tytum. Titum ɔmo
nefacit ⁊ instruit de ɔstitu
tione presbiterij. et de spiritali ɔuersa
tione ⁊ hereticis uitandis qui in scrip
turis iudaicis credunt et scribens de
nicopoli. Incipit ep̄ ad Tytum.

Paulus seruus
dei. apl's autē
ihu xp̄i. scdm
fidem electoꝝ
dei ⁊ agnitio
nem ueritatis
tis que scdm
pietatē est.
in spe uite eterne. quā pmisit qui nō me
titur ds. ante tempa secularia. mani
festauit autē temporibz suis uerbum suū
in p̄dicatione que credita ē m̄. scdm p
ceptum saluatoris nr̄i dei. tyto dilecto
filio. scdm̄ ɔmunē fidem. grā ⁊ pax a
deo patre ⁊ xp̄o ihu saluatore nr̄o. Huius
rei grā reliqui te crete. ut ea q̄ desunt cor
rigas. ⁊ ɔstituas p ciuitates p̄sbros. sic ⁊
t' desposui. Siquis sine crimine ē. unius uxo
ris uir. filios hn̄s fideles. nō in accusati
one luxurie. aut nō subditos. Oportet enim
epm̄ sine crimine eē. sicut dei dispensatorē.
nō superbum. nō iracundū. nō uinolentū. nō
pcussorem. nō turpis lucri cupidū. s; ho
spitalē. benignū. sobriū. iustū. scm̄. ɔ
tinentē. amplectentē eū qui scdm̄ doct
rinam est fidelem sermonē. ut potens sit
exhortari in doctrina sana. ⁊ eos qui ɔt
dicunt arguere. Sunt enī multi inobedientes.
uaniloqui. ⁊ seductores. maxime autē
qui de circumcisione sunt. quos oportet redar
gui. qui uniusas domos subuertunt.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

docentes que non oportet turpis lucri gratia. Dixit
quidam ex illis proprius eorum propheta. Creten-
ses semper mendaces, male bestie ventris
pigri. Testimonium hoc verum est. Quam ob
causam increpa illos dure, ut sani sint in
fide, non intendentes iudaicis fabulis
et mandatis hominum aversantium se a verita-
te. Omnia quidem munda mundis. Coinqui-
natis autem et infidelibus nichil mundum, sed
inquinate sunt eorum et mens et conscientia.
Confitentur se nosse deum, factis autem ne-
gant, cum sint abhominati et incredi-
biles et ad omne opus bonum reprobi. II. Tu
autem loquere que decet sanam
doctrinam. Senes ut sobrii sint,
pudici, prudentes, sani in fide, in dilecti-
one et patientia. Anus similiter in habi-
tu sancto, non criminatrices, non vino multo ser-
vientes, bene docentes, ut prudentiam do-
ceant adolescentulas, ut viros suos a-
ment, filios suos diligant, prudentes,
castas, sobrias, domus curam habentes,
benignas, subditas viris suis, ut non bla-
sphemetur verbum dei. Iuvenes similiter
exhortare ut sobrii sint. In omnibus teipsum
prebe exemplum bonorum operum, in doctri-
na, in integritate, in castitate, in gravitate.
Verbum sanum et irreprehensibile, ut is qui
ex adverso est vereatur, nichil habens dicere ma-
lum de nobis. Servos dominis suis subditos
esse in omnibus placentes, non contradicentes, non
fraudantes, sed in omnibus fidem bonam
ostendentes, ut doctrinam salvatoris do-
mini dei ornent in omnibus. Apparuit enim gratia
dei salvatoris nostri omnibus hominibus, erudi-
ens nos, ut abnegantes impietatem et secu-
laria desideria, sobrie et iuste et pie viva-
mus in hoc seculo, expectantes beatam spem
et adventum glorie magni dei et salvatoris
nostri Ihesu Christi. Qui dedit semetipsum pro nobis,
ut nos redimeret ab omni iniquitate
et mundaret sibi populum acceptabilem,
sectatorem bonorum operum. Hec loquere et
exhortare et argue cum omni imperio.
Nemo te contempnat. III.
Admone illos principibus et potesta-
tibus subditos esse, dicto obedire, ad
omne opus bonum paratos esse, neminem
blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos,
omnem ostendentes mansuetudinem ad
omnes homines. Eramus enim et nos aliquando
insipientes et increduli, errantes, servi-
entes desideriis et voluptatibus variis,
in malitia et invidia agentes, odibiles,
invicem odientes. Cum autem benignitas
et humanitas apparuit salvatoris nostri dei,
non ex operibus iustitie que fecimus nos,
sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per
lavacrum regenerationis et renovatio-
nis spiritus sancti, quem effudit in nos habunde
per Ihesum Christum salvatorem nostrum, ut iustifi-
cati gratia ipsius heredes simus secundum spem
vite eterne. Fidelis sermo est. Et de his
volo te confirmare, ut curent bonis operi-
bus preesse qui credunt in deo. Hec sunt
bona et utilia hominibus. Stultas autem
questiones et genealogias et contentiones
et pugnas legis devita. Sunt enim inutiles
et vane. Hereticum hominem post
unam et secundam correptionem devita, sci-
ens quia subversus est qui eiusmodi est et de-
linquit, cum sit proprio iudicio condempna-
tus. Cum misero ad te Artheman
aut Tythicum, festina ad me venire
Nicopolim. Ibi enim statui hyemare.
Zenam legis peritum et Apollo sollici-
te premitte, ut nichil illis desit. Discant
autem et nostri bonis operibus preesse ad usus ne-

cessarios · ut n sint infructuosi · Salu
tant te qui mecum sunt omnes. Salu
ta eos qui nos amant in fide · Gratia dei
cum omnibus vobis · Amen · Explicit epistola
ad Tytum · Incipit prologus ad Phylemonem

Phylemoni familiares lit
teras mittit pro onesimo
servo eius · scribit autem ei
ab urbe roma de carcere per supra
scriptum onesimum · Explicit prologus

Incipit epistola ad Phylemonem

Paulus
vinctus ihesu
christi et timo
theus frater
phylemoni
fratri dilecto et
adiutori nostro
et apphie soro
ri karissime · et archippo conmilitoni nostro
et ecclesie que in domo tua est · gratia vobis
et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo ·
Gratias ago deo meo semper · memoriam
tui faciens in orationibus meis · audiens
fidem tuam et caritatem quam habes in domino
ihesu et in omnes sanctos · ut communicatio
fidei tue · evidens fiat · in agnitione
omnis boni in christo ihesu · Gaudium enim
magnum habui et consolationem in cari
tate tua · quia viscera sanctorum requieverunt per te frater ·
Propter quod multam fiduciam habens in christo ihesu
imperandi tibi id quod ad rem pertinet · propter cari
tatem magis obsecro · cum sis talis ·
ut ego paulus senex · nunc autem et vinctus
christi ihesu · Obsecro te pro meo filio quem
genui in vinculis onesimo · qui tibi ali
quando inutilis fuit · nunc autem et mihi et tibi utilis est quem
remisi tibi · Tu autem illum ut mea viscera
suscipe · Quem ego volueram mecum deti
nere ut pro te mihi ministraret in vinculis evangelii ·
Sine consilio autem tuo nichil volui facere · ut ne
velut ex necessitate bonum tuum esset · sed vo
luntarium · Forsitan enim ideo discessit ad
horam a te · ut eternum illum reciperes ·
iam non ut servum sed pro servo karissimum fratrem ·
maxime autem mihi · quanto magis tibi et in carne
et in domino · Si ergo habes me socium · suscipe
illum sicut et me · Si autem aliquid nocuit tibi
aut debet · hoc mihi imputa · Ego paulus
scripsi manu mea · Ego reddam ut non dicam
tibi · quod et te ipsum mihi debes · Ita frater ego te fru
ar in domino · Refice viscera mea in domino · Con
fidens obedientie tue · scripsi tibi · sciens quoniam
et super id quod dico facies · Simul autem et para
mihi hospitium · Nam spero per orationes vestras
donari me vobis · Salutat te epaphras
concaptivus meus in christo ihesu · et marcus · et
aristarchus · demas et lucas adiutores
mei · Gratia domini nostri ihesu christi cum spiritu vestro
Amen · Incipit prologus super epistolam

In primis dicendum est · Ad hebreos
cur apostolus paulus in hac epistola scribenda
non servaverit morem suum · ut vel vocabulum
nominis sui · vel ordinis describeret dig
nitatem · Hec causa est quod ad eos scribens · qui ex
circumcisione crediderant · quasi gentium apostolus
et non hebreorum · sciens quoque eorum superbiam · suam
que humilitatem ipse demonstrans · meritum
officii sui noluit anteferre · Nam simili
modo etiam iohannes apostolus propter humilitatem in epistola
sua nomen suum eadem ratione non pretulit ·
Hanc ergo epistolam fertur apostolus ad hebreos
conscriptam hebraica lingua misisse · cuius
sensum et ordinem retinens lucas
evangelista · post excessum beati pauli
apostoli greco sermone composuit ·
Explicit prologus · Incipit episto
la ad Hebreos ·